Nos Theodericus de Borch prepositus, Ramfoldus de Polantz
Johannes Puntzil, Nicolaus Sculteti, Johannes Stolczer, Alber-
tus Pelbus, Henricus Fryberck, et Heinricus Merko Cano-
nici, et Capitulum ecclesie Budissinensis in perpetuum rei
memoriam recognoscimus per presentes, Quod volente di-
vina clemencia honorabilis vir dominus Henricus Porschin,
Decanus ecclesie nostre Budissinensis Testamentum suum infra
scriptum de rebus sibi a deo collatis ad honorem dei
omnipotentis, & in remedium omnium fidelium ani-
marum, disposuit pro ultima sua voluntate per se vel per

De Vicaria

suos Testamentarios perficiendum et terminandum, Ita
quod Vicariam, seu beneficium super altare beati Nico-
lai in ecclesia nostra nova fundare intendit et dispo-
suit, cuius vicarie presbiter seu vicarius habere debet
XX marcas gross. annui census, incluso anno gratie pre-
bende eiusdem domini Decani et administracionibus cho-
ri ad eandem vicariam per ipsum dominum Decanum dotatas
et donatas, Ita quod idem Vicarius de pecunia et perceptis
anni gratie predicte censuum ad eandem Vicariam pro re-
formatione ornatuum & aliis necessariis de consensu Capi-
tuli nostri emere debet et percipere, Et v gr dare singulis an-
nis Custodi pro vino et oblatis ad officium Misse, &

De Missis legendis

residuum vertere in usum suum, Item etiam Vicarius
singulis septimanis quinque Missas ad honorem dei Omnipotentis
dicere debet, in aurora pro ambulantibus in altari predicto